προσάπτουσι τοῖς ἰχθύσιν. ὑπακούουσι δ' ἰχθύες αὐτοῦ ſed ridiculum, Virginem & Scorpionem: Leonem & Sagittarium: Geminos & Aquarium: Taurum & Piſces ὁμοζώνως capi, Libram autem, & Arietem ἐκδυναμοῦντες, ut jam ex Antiocho apud Firmicum notavimus. At βλέποντα καὶ ἰσοδυναμοῦντα à Dodecatemoriis quoque Cardinalibus integris τῶν τροπικῶν, non ab ipſis punctis Tropicis putabant, ita ut ὁμόζωνα ſignorum paria quinque, interjectit ſingularibus Cancro, & Capricorno, acciperent, ὁμόζωνα vocant, quæ æqualiter ab æquinoctiis, aut ſolſtitiis diſtant. Ἀζώνους θεοὺς ab eadem mente dixerunt, quorum nulla certa eſt ſedes in Cœlo. Servius in illud:

Im medioque focos, & Diis communibus aras.

post alia: Dii communes ſunt, qui ἄζωνοι dicuntur, id eſt, qui cœli certas Zonas non habent. Sic Antiſcia Manilii. Nam ſigna Cardinalia in illis ſunt ἄζωνα. Putabat enim ſolſtitium & brumam non in puncto λόγῳ θεωρητῷ inter finem & initium Cancri fieri, ſed in toto Dodecatemorio. Geminus: Καρ-